II. *Endivia*: floribus ſolitariis pebunculatis, foliis integris crenatis. Linn. s. p. p. 1142. ſeritur a ruſticis. Sic. *Cicoria, nivia, o ſcalora*.

Phar. Endiviæ herba, ſyr., aqua.

Qual. Oleracea.

Vis. Aperiens, diuretica, eccoprotica.

Uſus. Icterus.

Comp. Sem. 4.frig. min.

III. *Spinoſum*: caule dichotomo ſpinoſo, flor. axillaribus ſeſſilibus. Linn. s. p. p. in collibus arenoſis maritimis. Sic. *Cicoria ſpinuſa*.

453. SCOLYMUS: recept. paleaceum. pappus o. cal. imbricatus plumoſus.

I. *Maculatus*: foliis margine attenuatis. Linn. s. p. p. 1143. in Oppido Divi Stephani, & alibi. Sic. *Scoddi di curmi*.

II. *Hyſpanicus*: foliis margine incraſſatis. Lin. s. p. p. 1143. in lictoribus maris oritur. Sic. *Scoddi di ripa di mari*.

Digitized by Google

Capitati, con fiori quaſi globoſi.

454. ARCTIUM: cal. globoſus, ſquamis apice hamis inflexis.

I. *Lappa*: foliis cordatis inermibus petiolatis. Linn. s. p. p. 1143. habitat in Oppido Miſilmeri, & alibi. Sic. *Bardana*. Ucrienſes *Cauſarazzi*.

Phar. Bardanæ radix, herba, ſemina.

Qual. Dulci-ſubauſtera, urinaria alba, crepitans. ſem. amariſſima.

Vis. Eſculenta, diuretica. ſem. purgans.

Uſus. Phlogoſis, nephritis, arthritis, ſyphilis, Œdema.

Comp. Eſſ. bardanæ compoſita.

455. SERRATULA: cal. ſubcylindricus, imbricatus, muticus. recept. nudum. paleaceum.

I. *Tinctoria*: foliis lyrato pinnatifidis: pinna terminali maxima, floſculis cuneiformibus. Linn. s. p. p. 1144. in hortis botanicis. Sic. *Serratula*.

II. *Coronata*: foliis lyrato pinnatifidis: pinna terminali maxima, floſculis radii femineis longioribus. Linn. s. p. p. 1144. colitur apud botanicos. Sic. *Sirratula picciridda*.

456. CARDUUS: cal. ovatus imbricatus ſquamis ſpinoſis. recept. piloſum.

Foliis decurrentibus.

I. *Leucographus*: foliis decurrentibus dentatis ſpinoſis, pedunculis nudis longiſſimis 1. floris, calycibus ſpinoſis inclinatis. Linn. s. p. p. 1149. habitat in monte Peregrino & alibi. Sic. *Carduneddu cu xiuri hd unu ad unu ſpinuſiſſimu.*

II. *Acanthoides*: foliis decurrentibus ſinuatis, margine ſpinoſis, calycibus pedunculatis ſolitariis erectis villoſis. Linn. s. p p. 1150. ubique oritur. Sic. *Cardunazzi cu fogghi larghi.*

III. *Criſpus*: foliis decurrentibus ſinuatis: margine ſpinoſis, floribus aggregatis terminalibus inermibus Linn. s. p. p. 1150. ubique. Sic. *Cardunazzi cu xiuri picciriddi mazzi mazzi.*

IV. *Paluſtris*: foliis decurrentibus dentatis: margine ſpinoſis, floribus racemoſis erectis, pedunculis inermibus. Linn. s. p. p. 1151. ſitit aquas Sic. *Magunazzi di margiu.*

V. *Pycnocephalus*: foliis decurrentibus pinnotifido-ſinuatis pubeſcentibus ſpinoſis, pedunculis nudis tomentoſis, calycibus deciduis, foliis ſeſſilibus. Linn. s. p. p. 1151: ſcandit montes. Sic. *Magunazzi muntagnuoli piluſeddi.*

VI. *Marianus*: foliis amplexicaulibus haſtato-pinnatifidis, ſpinoſis, calycibus aphyllis: ſpinis canaliculatis duplicato ſpinoſis. Linn. s. p. p. 1153. habitat in monte Peregrino, & ubique. Sic. *Magunazzi veri.*

Phar.

Phar. Cardui Mariæ herba, aqua, ſemina.

Qual. Amara.

Vis. Thoracica, ſudorifera, diuretica ſem.

Uſus. Pleuritis, leucorrhæa? hydrophobia? carcinoma.

Comp. o.

VII. *Eriophorus*: foliis ſeſſilibus bifariam pinnatifidis: laciniis alternis erectis, calycibus globoſis villoſis. Linn. s. p. p. 1153. in Oppido Petraliæ naſcitur. Sic. *Carduni cu cacocciuli tundi*.

457. CNICUS: cal. ovatus imbricatus, ſquamis ramoſo ſpinoſis obvallatis: bracteis corollulæ æqualibus.

I. *Acarna*: foliis decurrentibus lanceolatis indiviſis, calycibus pinnato-ſpinoſis. Linn. s. p. p. 1158. habitat in monte Cham, *alla Biviratura*.

458. ONOPORDUM; recept. favoſum cal. ſquamæ mucronatæ.

I. *Acanthium*: calycibus ſquarroſis: ſpinis ſubulatis, foliis ovato-oblongis ſinuatis. Linn. s. p. p. 1158. in monte Peregrino, & alibi. Sic. *Napordu*.

II. *Eriſithales*: foliis amplexicaulibus pinnatifidis ariſtato ſerratis: pedunculis cernuis, calycibus glutinoſis. Linn. s. p. p. 1157. in montuoſis locis. Sic. *Carduni cu radica comu purrazzi*.

III. *Illyricum*: calycibus ſquarroſis: ſpinis lanceolatis, foliis lanceolatis pinnatifidis. Linn. s. p. p. 1138.

p. 1158. in monte Peregrino & alibi. Sic. *Napordu cu fogghi ſiritti, e longhi.*

459. CYNARA: cal. dilatatus imbricatus ſquamis carnoſis, emarginatis cum acumine,

I. *Scolymus*; foliis ſubſpinoſis pinnatis indiviſisque, calycinis ſquamis ovatis. Linn. s. p. p. 1159. ſeritur in hortis. Sic. *Carduni, o cacocciuli*.

II. *Carduncalus*: foliis ſpinoſis: omnibus pinnatifidis; ſqnamis calycinis ovatis. Linn. s. p. p. 1159. ubique. Sic. *Cacocciuli ſpinuſi di muntagna*.

560. CARLINA: cal. radiatus ſquamis marginalibus longis coronatis.

I *Acaulis*; caule 1. floro, flore breviore. Lin. s. p. p. 1160. ubique in montuoſis naſcitur. Sic. *Camiliuni biancu*.

Phar. Carlinæ (cardopatiæ) radix.

Qual. Graveolens, acris, amara, aromatica.

Vis. Pellens, ſudorifera, ſubemetica, ſtomachica.

Uſus. Hipochondriaſis, hyſteria! ſcabies.

Comp. Orvietanum; acetum theriacale.

II. *Corymboſa*: caule multifloro ſubdiviſo, floribus ſeſſilibus, calycibus radio flavis. Linn. s. p. p. 1160. ubique ſecus vias.

III. *Vulgaris*: caule multifloro corymboſo, floribus terminalibus, calycibus radio albis. Linn. s. p. p. 1161. ubique oritur.

IV.

IV. *Lanata*: caule ſubmultifloro lanato, calycibus radio purpureis. Linn. s. p. p. 1161. per omnes vias videtur.

461. ATRACTYLIS: corolla radiata. cal. exterior (potius involucrum) polyphyllus: major, perſiſtens, communem includens.

I. *Gummifera*: flore acauli. Linn. s. p. p. 1161. ubique in montuoſis & alibi. Sic. *Maſticogna*.

II. *Cancellata*: involucris cancellatis ventricoſis linearibus dentatis, calycibus ovatis, floribus floſculoſis. Linn. s. p. p. 1162. in monte Galli & alibi in ſola Sicilia. Sic. *Carduneddu cu xiuri ingradighiatu*. *

462. CARTHAMUS: cal. ovatus imbricatus, ſquamis apice ſubovato-foliaceis.

I. *Tinctorius*: foliis ovatis integris ſerrato-aculeatis. Linn. s. p. p. 1162. ſeritur in hortis botanicis. Sic. *Urſaru*.

Phar. Carthami flores, ſemina.

Qual. Nauſeoſa, lutea-tinctoria cum ſuccu limonis miſſa; ſericeos pannos roſeo colore inficiunt.

Vis. Purgans, diuretica.

Uſus. Tuſſis ſenilis, aſthma, hydrops, icterus.

Comp. o.

II. *Lanatus*: caule piloſo, ſuperne lanato, foliis inferioribus pinnatifidis: ſummis amplexicaulibus dentatis. Linn. s. p. p. 1163. ubique. Sic. Car-

duni chi pari chinu di filinii.

III. *Cæruleus*: foliis lanceolatis ſpinoſo-dentatis, caule ſubunifloro. Linn. s.p.p. 1163. inter ſegetes & alibi. Sic. *Cerſa voi*.

IV. *Corymboſus*. floribus corymboſis numeroſis. Linn.s.p.p. 1164. in Monte Maronis naſcitur. Sic. *Camiliuni nivuru*.

463. SPILANTHUS: receptac. nudum. pappus 2 dentatus. calyx ſubæqualis.

I. *Pſeudo-Acmella*: foliis lanceolatis, ſubſerratis, pedunculis flore longioribus. Linn. s.p.p. 1164. adornat hortum R. P. †

II. *Acmella*: foliis oblongo-ovatis trinerviis ſub dentatis petiolatis, pedunculis elongatis axillaribus, floribus conicis. Linn. s. p. p. 1164. obſervatur in horto R. P. †

464. BIDENS: recept. paleaceum, pappus ariſtis erectis ſcabris. calyx imbricatus. corollæ radius floſculo uno alterne radiante inſtruitur.

I. *Tripartita*: foliis trifidis, calycibus ſubfolioſis, ſem. erectis. Linn. s. p. p. 1165. in Oppido Miſilmeri.

II. *Bipinnata*: foliis 2.pinnatis inciſis, calycibus involucratis, corollis ſemiradiatis, ſeminibus divergentibus. Linn. s. p. p. 1166. colitur in hortis botanicis. Sic. *Bidens*.

465. CACALIA: recept. nudum. pappus piloſus. calyx cylindricus oblongus, baſi tantum ſub calyculatus.

Digitized by Google

I. *Anteuphorbium* : caule fruticoſo, foliis ovato oblongis, petiolis baſi linea triplici deductis. Lin. s. p. p. 1168. in hortis botanicis. Sic. *Antieuforbiu*.

II. *Kleinia* : caule fruticoſo compoſito, foliis lanceolatis planis, petiolorum cicatricibus obſoletis. Linn. s. p. p. 1168. colitur in hortis botanicis.

III. *Ficoides* : caule fruticoſo, foliis compreſſis carnoſis. Linn. s. p. p. 1168. colitur apud botanicos. Sic. *Seneciu Americanu*.

IV. *Alpina*: foliis reniformibus acutis dentatis, calycibus ſubtrifloris. Linn. s. p. p. 1170. in Maronis monte, *allu paſſu di la vutti*, oritur.

466. EUPATORIUM: recept. nudum. pappus plumoſus. cal. imbricatus oblongus. ſtilus ſemibifidus longus.

I. *Cannabinum* : foliis digitatis. Linn. s. p. p. 1171. ad ſcaturigines aquarum floreſcit. Sic. *Eupatoriu cannabinu di vutti d' acqua*.

Phar. Eupatorii radix. herba.

Qual. Per amara, acri-odorata.

Vis. Corrobarans, vulneraria. rad. purgans! emetica! diuretica.

Uſus. Cachexia. hydrops! œdema, hydrocele.

Comp. o.

II. *Aromaticum*: foliis ovatis obtuſe ſerratis petiolatis trinerviis, calycibus ſimplicibus. Linn. s.

p. p.

Digitized by Google

p. p. 1175. cuſtoditur in H. R. P. Sic. *Eupatoriu fruſte ri cu xiuri vrancu*.

466. SANTOLINA: recept. paleaceum. pappus o. cal. imbricatus hemiſphæricus.

I. *Chamæ cypariſſus*: pedunculis unifloris, foliis quadrifariam dentatis. Linn.s. p. p. 1179. oritur in Quiſquinæ monte. Sic. *Abrotanu*, *o Canfor ata*.

Phar. Santolinæ, herba.

Qual. Amara, fragrans.

Vis. Balſamica, tonica, pellens, diaphoretica, carminativa, anthelminthica!

Uſus. Leucorrhæa, pleuritis.

Comp. Spiritus hyſtericus.

II. *Roſmarinifolia*: pedunculis unifloris, foliis linearibus margine tuberculatis. Linn.s.p.p.1180. in monte Quiſquinæ oritur. Sic. *Abrotanu cu fogghi chiù virdi*.

467. ATHANASIA: recept. paleaceum. pappus paleaceus. calyx imbricatus.

I. *Maritima*: pedunculis unifloris ſubcorymboſis, foliis lanceolatis indiviſis crenatis obtuſis tomentoſis. Linn. s. p. p. 1182. in lictoribus maris naſcitur. Sic. *Poliu marinu*.

Digitized by Google

Polygamia ſuperflua .

468. TANACETUM: recept.nudum. pappus ſubmarginatus . cal. imbricatus hemiſphericus . cor. radii obſoletè trifidæ .

I. *Vulgare* : foliis bipinnatis inciſis ſerratis . Linn. s.p. p. 1184. colitur in hortis botanicis. Sic. *Tanacetu* .

Phar. Tanaceti flores , ſemina , herba , aqua , oleum .

Qual. Amara , aromatica , luteo-tinctoria , nidoroſa , halituoſa .

Vis . Carminativa, ſudorifera , emmenagoga , anthelminthica , antriputredinoſa , balſamica , tonica , ſtomachica .

Uſus. Cachexia, ſcorbutus , tertiana , hydrops, hyſteria .

Comp. o.

II. *Balſamīta* : foliis ovatis integris ſerratis . Linn. s. p. p. 1184. colitur apud botanicos . Sic. *Mentaromana* .

Phar. Balſamitæ herba .

Qual. Amara , nidoroſa , halituoſa .

Vis . Stomachica , pellens , emmenagoga .

Uſus. Hyſteria , melancholia, opium .

Comp. o.

469. ARTEMISIA: recept. ſubvilloſum vel nudiuſculum : pappus nullus . calyx imbricatus, ſquamis rotundatis conniventibus . cor. radii o.

I. *Abrotanum* : foliis ramoſiſſimis ſetaceis, caule erecto ſuffruticoſo . Linn. s. p. p. 1185. in monte Maronis . Sic. *Erba bianca* , *o aſſinziu di Madunia* .

Phar. Abrotani herba, aqua .

Qual. Amara, nidoroſa, halituoſa .

Vis. Balſamica, antacida, tonica, ſtomachica, pellens, emmenagoga, anthelminthica .

Uſus . Achor, tinea, gangræna .

Comp. Ung. martiaton.

II. *Campeſtris*: foliis multifidis linearibus, caulibus procumbentibus virgatis . Linn. s.p.p. 1185. in hortis botanicis .

III. *Rupeſtris* : foliis pinnatis, caulibus adſcendentibus, floribus globoſis cernuis. recept. pappoſo. Linn. s. p. p. 1186. in rupibus calcareis . Sic. *Aſſinziu ponticu picciriddu* .

IV. *Crithmifolia*: foliis compoſitis divaricatis linearibus carnoſis glabris, caule aſcendente paniculato . Linn. s. p. p. 1186. in littoribus arenoſis . Sic. *Aſſinziu cu xiuri a buttuni* .

V. *Maritima* : foliis multipartitis tomentoſis, racemis cernuis, floſculis femineis ternis. Linn. p. p. p. 1186. apud botanicos . Sic. *Aſſinziu ſeriſiu* .

VI. *Pontica*: foliis multipartitis ſubtus tomentoſis, floribus ſubrotundis nutantibus. receptaculo nudo. Linn. s. p. p. 1187. in hortis botanicis. Sic. *Aſſinziu ponticu*.

Phar. Abſinthii pontici herba, conſerva.
Qual. Sequenti ſuaveolentior.
Vis. Sequenti delicatior.
Uſus. Sequenti debilior.
Comp. o.

VII. *Abſinthium* : foliis compoſitis multifidis, floribus ſubgloboſis, pendulis, rccept. villoſo. Linn. s. p. p. 1188. colitur in hortis. Sic. *Aſſinziu Romanu*.

Phar. Abſinthii vulgaris herba, ſyrupus. conſerva, aqua, ſpiritus, oleum ſtil. & expreſſ. ſal. criſt.; & non criſt.; eſſentia ſimp.; extact. inſpiſſat.

Qual. Amariſſima, nidoroſa, halituoſa, lactaria, urinaria.

Vis. Balſamica, antacida, antiputredinoſa, anthelminthica, ſtomachica, antivenerea, antiophthalmica, pellens.

Uſus. Iliaca, nephritica, hydrops, icterus, calculus, hernia, tinea, achor, gangræna.

Comp. Eſſ. abſinthii compoſita; ung. martiatum; conf. hamech.; empl. melilot.

VIII.

VIII. *Arboreſcens*: foliis compoſitis multifidis linearibus, floribus ſubgloboſis, caule fruteſcente. Linn. s. p. p. 1188. ubique oritur. Sic. *Erva bianca*.

IX. *Vulgaris*: foliis pinnatifidis planis inciſis, ſubtus tomentoſis racemis ſimplicibus, floribus ovatis. radio 5.floro. Linn. s p. p. 1189 in Oppido Ucriæ naſcitur, *ſutta la Nunziata*. Sic. *Arcimiſa majuri*.

Phar. Artemiſiæ rubræ herba,ſyrupus, eſſentia, aqua, oleum.

Qual. Amara.

Vis. Corroborans, analeptica, uterina, pellens.

Uſus. Tertiana,dyſtocia.

Comp. Syr. artemiſiæ compoſitum: ung. martiatum.

X. *Camphorata*: foliis petiolatis palmato-multifidis linearibus, ſupremis ſimplicibus angulosis recept. hirſuto. Vill. proſp.p. 31. in montuoſis, locis. Sic. *Aſſinziu cu oduri di canfora*, *e fogghi vranculiddi*.

XI. *Cæruleſcens*: foliis caulinis lanceolatis integris: radicalibus multifidis, floſculis femineis ternis. Linn. s. p. p. 1189. in locis maritimis naſcitur. Sic. *Aſſinziu di ſcogghi*, *o ambroſia marina*.

XII.

XII. *Santonicum* : foliis caulinis linearibus pinnato multifidis, ramis indiviſis, ſpicis ſecundis reflexis. Linn. s. p. p. 1185. in hortis botanicis colitur. Sic. *Aſſinziu marinu*.

VIII. *Dracunculus*: foliis lanceolatis glabris integris. Linn. s. p. p. 1189. apud botanicos adeſt. Sic. *Sdraguni*.

470. GNAPHALIUM : recept. nudum. pappus plumoſus. cal. imbricatus, ſquamis marginalibus rotundatis, ſcarioſis coloratis.

I. *Orientale* : ſubherbaceum, foliis lineari-lanceolatis ſeſſilibus, corymbo compoſito, pedunculis elongatis. Linn. s. p. p. 1195. colitur in hortis. Sic. *Pirpituina, o xiuri di Miſſina*.

II. *Arenarium* : herbaceum, foliis lanceolatis, caule ſimpliciſſimo, corymbo compoſito. Linn. s. p. p. 1195. inhæret muris. Sic. *Xiuri di Miſſina ſarvaggi chi naſci a li baſtiuni*.

Phar. Stœchadis citrinæ flores.
Qual. Flava, ſicca.
Vis. Exiccans.
Uſus. Arthritis.
Comp. Suffimigia.

III. *Fœtidum* : herbaceum, foliis amplexi caulibus integerrimis acutis ſubtus tomentoſis, caule ramoſo. Linn. s. p. p. 1197. colitur in hortis botanicis. Sic. *Gnafaliu cu xiuri luſtri comu argentu*.

IV.

IV. *Dioicum* : ſarmentis procumbentibus : caule ſimpliciſſimo, corymbo ſimplici terminali, floribus dioicis : Linn. s. p. p. 1199. in Civitate Politii naſcitur, *allu manicu di la Padedda*.

Phar. Gnaphalii flores.
Qual. Sicca.
Vis. Exiccans, adſtringens, roborans.
Uſus. Arthritis, tuſſis convulſiva, diarrhæa.
Comp. o.

V. *Sylvaticum* : caule ſimpliciſſimo, floribus ſparſis. Linn. s. p. p. 1200. habitat in Promontorio capitis Orlandi. Sic. *Curuna di Monacu*.

VI. *Uliginoſum* : herbaceum, caule ramoſo diffuſo, floribus confertis terminalibus. Linn. s. p. p. 1200. habitat in Oppido Boni fornelii.

VII. *Sordidum* : fruticoſum, foliis linearibus, pedunculis ſubtrifloris, calycinis ſquamis lanciolatis. Linn. s. p. p. 1199. oritur ad aquarum ſcaturigines. Sic. *Gnafaliu di vutti d' aqua*.

471. BACCHARIS : recept. nudum. papp. piloſus. cor feminæa hermaphr. miſtæ.

I. *Trifolia* : foliis lanciolatis longitudinaliter dentato-ſerratis. Linn. s. p. p. 1204. colitur in horto R. P. †

II. *Dioſcoridis* : foliis lato-lanceolatis dentatis ſeſſilibus ſtipulatis. Linn. s. p. p. 1204. obſervatur in horto R. P. †

472. XERANTHEMUM : recept. paleaceum. pappus ſetaceus, cal. imbricatus radiatus radio colorato .

I. *Annuum* : herbaceum foliis lanceolatis patentibus, caule herbaceo . Linn. s. p. p. 1201. colitur in hortis botanicis . Sic. *Jacea cu fogghi comu oliva* .

473. CONIZA : recept. nudum. pappus ſimplex . calyx imbricatus ſubrotundus . corollæ radii trifidæ .

I. *Squarroſa* : foliis lanceolatis acutis, caule annuo corymboſo . Linn. s. p. p. 1205. ubique . Sic. *Coniza* .

II. *Saxatilis* : foliis linearibus ſubdentatis, pedunculis longiſſimis unifloris, caule ſuffruteſcente tomentoſo . Linn. s. p. p. 1206. adhæret muris . Sic. *Stecas citrina cu fogghi di roſa marina* .

474. ERIGERON : recept. nudum. pappus piloſus . cor. radii lineares anguſtiſſimæ .

I. *Viſcoſum* ; pedunculis unifloris lateralibus, foliis lanceolatis denticulatis, calycibus ſquarroſis, corollis radiatis . Linn. s. p p. 1209 . ubique. Sic. *Erva di maiſi , o pulicara majuri* .

Phar. Conizæ majoris herba .

Qual. Suaveolens .

Vis . Glutinans , calefaciens , adſtringens , corroborans . tonica .

Uſus . Imbecillitas .

Comp. o. II.

II. *Siculum* : calynis ſquamis inferioribus laxis: florem ſuperantibus. Linn. s. p. p. 1210. habitat in Oppido Milicæ. Sic. *Erva di maiſi cu lu truncu ruſſu*. *

III. *Canadenſe* : caule floribuſque paniculatis. Linn. s. p. p. 1210. abundat per vicos & plateas. Sic. *Seneciu cu fogghi lunghuliddi ſtritti*.

IV. *Philadelphicum* : caule multifloro,foliis lanceolatis ſubſerratis: caulinis ſemiamplexi caulibus. Linn. s. p. p. 1211. colitur in hortis botanicis.

475. TUSSILAGO : recept. nudum. pappus ſimplex.cal. ſquamæ æquales diſcum æquantes ſub membranaceæ.

I. *Farfara* : ſcapo unifloro imbricato, foliis ſubcordatis angulatis denticulatis. Linn. s. p. p. 1214 ubique in humidis. Sic. *Ugna cavaddina*.

Phar. Farfaræ radix, herba.
Tuſſilaginis flores, conſerva, ſyrupus, lohoc.
Qual. Amara.
Vis. Thoracica.
Uſus. Tuſſis. aſthma, phthiſis ?
Comp. o.

II. *Alpina* : ſcapo ſubnudo unifloro, foliis cordato-orbiculatis crenatis. Linn. s. p. p. 1213. habitat in valle Divi Martini & alibi in locis humidis. Sic. *Ugna cavaddina cu fogghi a cori*.

III. *Petaſites* : thyrſo ovato : floſculis omnibus hermaphroditis . Linn. s. p. p. 1215. naſcitur in monte Maronis , *alli favari* , & alibi . Sic. *Petra ſita* .

Phar. Petaſitidis radix , flores .
Qual. Amara .
Vis . Sudorifera , alexiteria .
Uſus . Peſtis .
Comp. Acetum prophylacticum .

475 SENECIO : recept. nudum. pappus ſimplex . cal. cylindricus calyculatus , ſquamis apice 5-phacelatis .

I. *Vulgaris* : corollis nudis,foliis pinnato-ſinuatis amplexicaulibus , floribus ſparſis . Linn. s. p. p. 1216. ubique videtur . Sic. *Seneciu* .

Phar. Senecii herba .
Qual. Graveolens .
Vis . Emmolliens, humectans, refrigerans, vulneraria .
Uſus . Obſtipatio viſcerum .
Comp. Chliſteres , cathaplaſmata .

II. *Doria* : corollis radiantibus: floribus corymboſis , foliis ſubdecurentibus lanceolatis ſerratis : ſuperioribus ſenſim minoribus . Linn.s. p. p.1221 colitur in hortis botanicis . Sic. *Virga aurea* .

Phar.

Phar . Virgæ aureæ herba .
Qual. Balſamica .
Vis . Vulneraria , diuretica .
Uſus . Calculus , Ulcus .
Comp. o.

III. *Linifolius* : corollis radiantibus, foliis linearibus integerrimis, corymbo ſubſquamato , caule herbaceo . Linn. s. p. p. 1220. oritur in monte Ætna .

IV. *Jacobæa*:corollis radiantibus,foliis pinnato-lyratis : laciniis lanceolatis , caule erecto . Linn.s. p.p. 1219.Sic.*Jacobea*: naſcitur in monte Maronis.

V. *Nebrodenſis* : corollis revolutis , foliis lyrato ſinuatis obtuſis petiolatis ,caule hirto . Linn. s. p. p. 1217. in monte Maronis naſcitur . *

VI. *Cernuus* : corollis nudis nubilibus cernuis, fol. eroſis auriculatis . Linn. ſupl. 370. in ſolo H. R. P. obſervatur .

VII. *Longifolius* : corollis radiantibus , foliis linearibus ſparſis, caule fruticoſo . Linn.s.p.p.1222. habitat in hortis botanicis .

476. ASTER: recept. nudum.pappus ſimplex, cor. radii plures cal. imbricatus ſquamæ inferiores patulæ .

I. *Tripolium*:foliis lanceolatis integerrimis carnoſis glabris , ramis inæquatis , floribus corimboſis . Linn. s. p. p. 1226. in horto R. P.

II. *Alpinus*: foliis ſpathulatis hirtis : radicalibus ob-

obtuſis, caule ſimpliciſſimo unifloro. Linn. s. p. p. 1226. abundat in monte Maronis. Sic. *Aſteratticu*.

III. *Amellus*: foliis lanceolatis obtuſis ſcabris trinerviis integris, pedunculis nudiuſculis corymboſis: ſquamis calycinis obtuſis. Linn. s. p. p. 1226. in hortis botanicis colitur. Sic. *Aſteratticu cu xiuri turchinu*.

IV. *Chinenſis*: foliis ovatis angulatis dentatis petiolatis, calycibus terminalibus patentibus folioſis. Linn. s. p. p. 1232. ornat feneſtras. Sic. *Giraſulini*.

477. SOLIDAGO: receptaculum nudum. pappus ſimplex. cor. radii circiter 5.; cal. ſquamæ imbricatæ clauſæ.

I. *Canadenſis*: paniculato-corimboſa, racemis recurvatis, floribus adſcendentibus, foliis trinerviis ſubſerratis ſcabris. Linn. s. p. p. 1233. apud botanicos habetur.

II. *Mexicana*: caule obliquo, pedunculis erectis foliolatis ramoſis, foliis lanceolatis integerrimis. Linn. s. p. p. 1234. apud botanicos.

478. INULA: recept. nudum. pappus ſimplex antheræ baſi in ſetas duas deſinentes.

I. *Helenium*: foliis amplexicaulibus ovatis rugoſis: ſubtus tomentoſis, calycum ſquamis ovatis. Linn. s. p. p. 1236. in hortis botanicis colitur. Sic. *Enula campana*. Drepani ſponte naſcitur ad valvas Æricini montis.

Phar.

Phar. Enulæ radix, condita, conſerva, eſſentia, extract, aqua.

Qual. Aromatica, mucilaginoſa.

Vis. Alexiteria, pellens, expectorans, ſtomachica, anthelminthica.

Uſus. Hypochondriaſis, colica, tremor, ſcabies!

Comp. o.

II. *Odora*: foliis amplexicaulibus dentatis hirſutiſſimis. radicalibus ovatis: caulinis lanceolatis, caule paucifloro. Linn. s. p. p. 1236 in Conventu S. M. a Jeſu naſcitur. Sic. *Erva incenzaria*. *

Phar. Aſteris lutei radix.

Qual. Odora.

Vis. Adſtringens, corroborans.

Uſus. Hæmorrhagia! diſenteria! teneſmus!

Comp. o.

III. *Oculus-Chriſti*: foliis amplexi-caulibus oblongis integerrimis hirſutis, caule piloſo corymboſo. Linn. s. p. p. 1237. in Civitate Sutheræ oritur.

IV. *Britannica*: foliis amplexicaulibus lanceolatis diſtinctis ſerratis ſubtus villoſis, caule ramoſo villoſo erecto. Linn. s. s. p. 1237 ubique appetit aquas. Sic. *Cunizzedda cu xiuri giarnu a ſtidda*.

V. *Pulicaria*: foliis amplexicaulibus undulatis, caule proſtato, floribus ſubgloboſis. Linn s. p. p. 1238. in ſiccis locis oritur. Sic. *Pulicaria*.

VI. *Dyſenterica* : foliis amplexicaulibus : cordato-oblongis ſubtomentoſis , caule villoſo paniculato , ſquamis calycinis ſetaceis . Linn. s. p. p. 1237. in monte Maronis.

Phar. Conizæ herba .
Qual. Stiptico-amaræ .
Vis . Adſtringens .
Uſus . Dyſenteria ! ſcabies .
Comp. o.

VII. *Crithmoides* : foliis linearibus carnoſis tricuſpidatis . Linn. s. p. p.1240. in maritimis locis. Sic. *Criſantemu marinu* . litontriptica eſt .

VIII. *Montana* : foliis lanceolatis hirſutis integerrimis , caule unifloro , calyce brevi imbricato. Linn. s. p. p. 1241.

IX. *Fœtida* : foliis lanceolatis linearibus integerrimis , corymbis ramoſis : radiis breviſſimis . Linn. s. p. p. 1241. in Inſula Militenſi ſponte naſcitur .

479. CINERARIA : recept. nudum. pappus ſimplex. cal. ſimplex polyphyllus æqualis .

I. *Alpina* : umbella involucrata : pedunculo communi nudiuſculo , foliis oblongis villoſis . Lin. s. p. p. 1243. in monte Ætna . Sic. *Jacobea cu fogghi di Perſichi* .

II. *Canadenſis* : floribus paniculatis , foliis pinnatifidis ſubvilloſis : laciniis ſinuatis , caule herba-

ceo

Digitized by Google

eeo. Linn. s. p. p. 1244. in maritimis. Sic. *Alvanedda*.

III. *Maritima*: floribus paniculatis, foliis pinnatifidis tomentoſis: laciniis ſinuatis, caule fruteſcente. Linn. s. p. p. 1244. adorat plagas maris. Sic. *Alvaneddi cu fogghi piluſeddi*.

480. ARNICA: recept. nudum. pappus ſimplex. corollulæ radii filamentis 5. abſque antheris.

I. *Montana*: foliis ovatis integris: caulinis geminis oppoſitis. Linn. s. p. p. 1245. ornat hortum R.P. Sic. *Arnica muntana*. †

Phar. Arnicæ herba, flores.

Qual. Nauſeoſa, viroſa.

Vis. Repellens, vulneraria, narcotica, vomitoria, purgans, diuretica; emmenagoga, errhina.

Uſus. Epilepſia, ſugillatio, caſus ab alto.

Comp. o.

II. *Scorpioides*: foliis alternis ſerratis. Linn. s. p. p. 1246. colitur in horto R. P. †

481. DORONICUM: recept. nudum. pappus ſimplex. cal. ſquamæ duplicis ordinis æquales, diſco-longiores. ſem. radii nuda, pappoque deſtituta.

I. *Pardalianthes*: foliis cordatis obtuſis denticulatis, radicalibus petiolatis, caulinis amplexicaulibus. Linn. s. p. p. 1247. habitat in valle Divi Martini & in Oppido Motthæ Affirmi & alibi abun-

bundat. Sic. *Aconitu Pardalianchi.*

Phar. Doronici radix.
Quali Aromatica; dulcis, ſapida.
Vis. Subvenenata: arnicæ?
Uſus. Colica, vertigo?
Comp. o.

II. *Bellidiaſtrum*: ſcapo nudo ſimpliciſſimo unifloro: Linn. s. p. p. 1247. in monte Maronis. Sic. *Primu xiuri majuri.*

482. BELLIS: recept. nudum conicum. pappus o. cal. hemiſphericus: ſquamis æqualibus. Sem. obovata.

I. *Perennis*: ſcapo nudo. Linn. s. p. p. 1248. ubique. Sic. *Primu xiuri minuri vrancu.*

Phar. Bellidis minoris flores:
Qual. Inodora, ſtiptica.
Vis. Reſolvens? vulneraria, eccoprotica.
Uſus. Hectica? peripneumonia? hemorrhagia? hypochandriaſis?
Comp. o.

a. *Hortenſis*: flore rubro fiſtuloſo.
b. *Hortenſis*; prolifera, flore albo multiplici.
II. *Annua*: caule ſubfolioſo. Linn. s. p. p. 1249. ubique ornat pratos. Sic. *Primu xiuri minuri picciriddu.*

483.

483. TAGETES: recept. nudum. pappus ariſtis 5. erectis. calyx monophyllus, 5. dentatus tubuloſus, floſculi radii 5. perſiſtentes.

I. *Patula*: caule ſubfolioſo patulo. Linn. s. p. p. 1249. ornat feneſtras. Sic. *Ga loſaru di mortu invilluttatu*.

II. *Erecta*: caule ſimplici erecto, pedunculis nudis 1. floris. Linn. s. p. p. 1249. in hortis botanicis. Sic. *Galoſaru di mortu cu xiuri giarnu*.

484. CRYSANTHEMUM: recept. nudum, pappus marginatus. calyx hemiſphæricus imbricatus, ſquamis marginalibus membranaceis.

I. *Corymbiferum*: foliis pinnatis inciſo-ſerratis, caule multifloro. Linn. s. p. p. 1251. colitur in hortis botanicis.

II. *Leucanthemum* foliis amplexicaulibus oblongis, ſuperne ſerratis, inferne dentatis. Linn. s. p. p. 1251. ubique. Sic. *Puddaci cu xiuri vrancu*.

Phar. Bellidis pratenſis herba.
Qual. Subacris, penetrans, piperata (indecocto).
Vis. Diuretica, vulneraria.
Uſus. Phtiſis, aſthma, tinea.
Comp. o.

III. *Inodorum*: foliis pinnatis multifidis, caule ramoſo diffuſo. Linn. s. p. p. 1253. in maritimis oritur.

IV. *Myconis*: foliis lingulatis obtuſis, ſerratis calycum ſquamis æqualibus. Linn. s. p. p. 1254. ubique naſcitur Sic. *Maju cu fogghi rotunni, e xiuri giarni*.

V. *Segetum*: foliis amplexicaulibus: ſupernè laciniatis: infernè dentato ſerratis. Linn. s. p. p. 1254. ornat vias. Sic. *Maju cu fogghi turchinigni, e xiuri giarnu*.

VI. *Coronarium*: foliis pinnatifidis inciſis extorſum latioribus. Linn. s. p. p. 1254. abundat ubique. Sic. *Maju*.

VII. *Floſculoſum*: floſculis omnibus uniformibus hermaphroditis. Linn. s. p. p. 1255. colitur in hortis botanicis. Sic. *Belli ſpinuſa*.

485. MATRICARIA: recept. nudum. pappus o. calyx hemiphericus imbricatus: ſquamis marginalibus ſolidis acutiuſculis.

I. *Parthenium*: foliis compoſitis planis: foliolis ovatis inciſis, pedunculis ramoſis. Linn. s. p. p. 1255. ornat feneſtras. Sic. *Arcimiſa di fimmini*.

Phar. Matricariæ herba, aqua, oleum, flores.

Qual. Amara, nidoroſa, haliticoſa.

Vis. Anodina, emmenagoga, lactifuga.

Uſus. Anorexia, hyſteria? colica, hemicrania, iliaca infantum.

Comp. Syrupus artemiſiæ compoſitum; emplaſtrum ranarum mercuriale.

II.

II. *Maritima* : receptaculis hemiphericis, foliis bipinnatis ſubcarnoſis ſupra convexis, ſubtus carinatis. Linn. s. p. p. 1256. in littoribus maris. Sic. *Cacumidda marina cu fogghi carnuſi*.

III. *Chamomilla* : receptaculis conicis, radiis patentibus, feminibus nudis, ſquamis calycinis margine æqualibus. Linn. s. p. p. 1256. ubique. Sic. *Camumidda di campagna*.

Phar. Chamomillæ noſtratis herba, ſyr. ol. coct. ſtillat. flores unc. ſem.

Qual. Amara, odorata.

Vis. Emolliens?

Uſus. Tertiana, cardialgia, colica, vomitus gravidarum, calculus, dyſuria.

Comp. Balnea, clyſteres, cataplaſmata, pediluvia.

IV. *Suaveolens*: receptaculis conycis, radiis deflexis, feminibus nudis, ſquamis calycinis margine æqualibus. Linn. s. p. p. 1256. in monte Maronis hortum habet. Sic. *Camumidda odorata di Madunia*.

486. COTULA: receptaculum ſubnudum. pappus marginatus. cor. diſci quadrifidæ.

I. *Aurea*: foliis pennato-ſetaceis multifidis, corollis radio deſtitutis. Linn. s. p. p. 1257. habitat in Oppido Ucriæ. Sic. *Camumidda cu xiuri tutti giarni a buttuni*.

487.

487. ANTHEMIS : receptaculum paleaceum. pappus nullus. calyx hemiſphericus ſubæqualis, floſculi radii plures quam 5.

I. *Maritima* : foliis pinnatis dentatis carnoſis nudis punctatis, caule proſtrato, calycibus ſubtomentoſis. Linn. s. p. p. 1259. in maritimis. Sic. *camumidda marina*, *o odorata*.

II. *Nobilis* : foliis pinnato-compoſitis linearibus acutis ſubvilloſis. Linn. s. p. p. 1260. colitur in hortis. Sic. *Camumidda nobili di jardinu*, *o puru Romana*.

Phar. Chamomillæ romanæ herba, ol. ſtil., flores.

Qual. Amara, ſuaveolens.

Vis. Balſamica, paregorica, anthiſpaſmodica, emmenagoga, carminativa.

Uſus. Nephritis, tertiana, colica, adhuc puerperarum, hyſteria, calculus.

Comp. Clyſteres emollientes.

III. *Cotula* : receptaculis conicis, paleis ſetaceis, feminibus nudis. Linn. s. p. p. 1261. ubique. Sic. *Camumidda fitenti*.

Phar. Cotulæ fætidæ herba, flores.

Qual. Fætida, amara.

Vis. Anodyna, pellens, repellens.

Uſus. Epilepſia, hyſteria, hydrops, ſcrophula, aſthma.

Comp. o.

IV.

IV. *Montana* : foliis pinnato multifidis planis : laciniis linearibus acutis trifidis ; pedunculo longiſſimo . Linn. s. p. p. 1261. in monte Maronis naſcitur . Sic. *Aſſinziu muntanu cu xiuri di camumidda* .

V. *Arvenſis* : recept. conicis : paleis ſetaceis , ſem. coronato-marginatis . Linn. s. p. p. 1261. ubique . Sic. *Gagumidda di campagna ordinaria* .

488. ACHILLEA : recept. paleaceum . pappus o. cal. ovatus imbricatus : floſculi radii circiter 5.

I. *Santolina* : foliis ſetaceis dentatis , denticulis ſubintegris ſubulatis reflexis . Linn. s. p. p. 1264. colitur in horto R. P. †

II. *Ageratum* : foliis lanceolatis obtuſis acutè ſerratis . Linn. s. p. p. 1264. in valle Divi Martini Panor. Sic. *Ageratu , o ſcocca d' orci* .

Phar. Agerati herba . .
Qual. Amara , ſuaveolens . aromatica .
Vis . Viſceralis ?
Uſus . Vulnus .
Comp. o.

III. *Tomentoſa* : foliis pinnatis hirſutis : pinnis linearibus dentatis . Linn. s. p. p. 1264. colitur in hortis botanicis .

IV. *Ptarmica* : foliis lanceolatis acuminatis argutè ſerratis . Linn. s. p. p. 1263. colitur in hortis botanicis . Sic. *Tarmica* . *Phar.*

Phar. Ptalmicæ radix, herba, flores.

Qual. Acris, inodora.

Vis. Sialagoga, errhina, ſternutatoria, vulneraria.

Uſus. Odontalgia.

Comp. o.

V. *Millefolium*: foliis bipinnatis nudis: laciniis linearibus dentatis, caulibus ſulcatis. Linn. s. p. p. 1267. naſcitur in humidis. Sic. *Millifogghi, o centufogghi*.

Phar. Millefolii herba, eſſen. extract. aqua, ol. ſtil.

Qual. Aromatico-odorata.

Vis. Narcotica, inebrians, tonica, ſiſtens evacuationes, vulneraria.

Uſus. Hypochondriaſis, hæmorrhois hæmoptiſis, vulnus.

Comp. o.

VI. *Nobilis*: foliis bipinnatis: inferioribus nudis planis, ſuperioribus obtuſis tomentoſis, corymbis convexis confertiſſimis. Linn. s. p. p. 1266. ubique abundat. Sic. *Canfaredda*. Ucrienſes. *Barbaſchi*. ſubſtitui, poteſt pro millefolio.

489. SIGESBECKIA: recept. paleaceum. pappus o. radius dimidiatus.

I. *Orientalis*: petiolis ſeſſilibus, calycibus exterio-

rioribus linearibus majoribus patentibus. Linn. s. p. p. 1269. colitur in horto R. P.

II. *Occidentalis*: petiolis decurrentibus, calycibus nudis. Linn. s. p. p. 1269. in hortò R. P. includitur.

Phar. Sigeſbeckiæ herba.

Qual. Balſamica, amara.

Vis. Anodyna, attenuans, diaphoretica, diuretica, emmenagoga.

Uſus. Hydrops, iſchuria, calculus! podagra, leucorrhæa! pleuritis.

Comp. o.

490. ZINNIA: recept. paleaceum. pappus ariſtatus, radius 5. florus, penſiſtens. cal. imbricatus.

I. *Pauciflora*: floribus paucis. Linn. s. p. p. 1269. in horto R. P. †

491. VERBESINA: recept. paleaceum. pappus ariſtatus. floſculi radii circiter 5.

I. *Alata*: foliis alternis decurrentibus undulatis obtuſis. Linn. s. p. p. 1270. colitur in hortis botanicis.

II. *Biflora*: foliis oblongo-ovatis triplinerviis acuminatis ſerratis, pedunculis geminis bifloris: Linn. s. p. p. 1272. ornat H. R. P. †

492. BUPHTHALMUM: recept. paleaceum. pappus margo obſoletus. ſeminum latera, preſertim radii, marginata. ſtig. floſculorum herma phroditicorum indiviſum.

Aſteriſci .

I. *Spinoſum* : calycibus acutè foliofis,foliis alternis lanceolatis amplexicaulibus integerrimis, caule herbaceo . Linn. s. p. p.1274. ubique . Sic. *Erva ſtidda* .

II. *Maritimum* : calycibus obtusè foliofis pedunculatis , foliis alternis ſpatulatis , caule herbaceo . Linn. s. p.p.1274. in maritimis oritur . Sic. *Erva ſtidda marina* .

Polygamia fruſtranea .

493. HELIANTHUS : recept. paleaceum planum, pappus 2. phyllus . cal. imbricatus,ſubſquarroſus .

I. *Annuus* : foliis omnibus cordatis trinervatis, floribus cernuis . Linn. s. p. p. 1276. ſeritur in hortis . Sic. *Giraſuli* .

II. *Multiflorus* : foliis inferioribus cordatis trinervatis : ſuperioribus ovatis . Linn. s. p. p.1277. in hortis floreſcit . Sic. *Giraſuli ramuſu* .

III. *Tuberoſus* : foliis ovato-cordatis triplinerviis . Linn. s. p. p. 1277. ubique naſcitur . Sic. *Patacchi* . Ucrienſes . *Tiritufulli* .

494. RUDBECKIA : recept. paleaceum conicum . pappus margine quadri dentato . cal. triplici ordine ſquamarum .

I.

I. *Laciniata* : foliis compoſitis laciniatis . Linn. s.p. p. 1279. colitur in hortis botanicis . Sic. *Aconitu* . ab immemorabili ob inſcitiam, a ruſticis habetur pro vero Aconito .

495. COREOPSIS : recept. paleaceum . pappus bicornis . calyx erectus , polyphyllus , baſi radiis patentibus cinctus .

I. *Auriculata* : foliis integerrimis ovatis : inferioribus ternatis . Linn. s. p. p. 1282. habetur in ſolo horto R.P. †

496. CENTAUREA : recept. ſetoſum . pappus ſimplex. cor. radii infundibuliformes , longiores , irregulares .

Jaceæ : calycibus lævibus inermibus .

I. *Crupina* : calycibus inermibus : ſquamis lineari-ſubulatis , foliis pinnatis ſerratis . Linn. s. p. p. 1285. ſequeſtratur in valle Divi Martini Panormi .

II. *Centaurium* : calycibus inermibus ; ſquamis ovatis , foliis pinnatis : foliolis decurrentibus ſerratis . Linn. s. p. p. 1287. habitat in Oppido montis Albani . Sic. *Centaura majuri* .

Cyani : calycinis ſquamis ſerrato-ciliatis .

III. *Pectinata* : calycibus erecto-plumoſis , foliis lyratis denticulatis : rameis lanceolatis , integerri-

mis. Linn. s. p. p. 1287. in Civitate Cammaratæ floreſcit.

IV. *Cyanus*: calycibus ſerratis,foliis linearibus integerrimis: infimis dentatis. Linn. s. p. p. 1289 colitur in hortis. Sic. *Ambretta cu xiuri violettu*.

Phar. Cyani flores, aqua.
Qual. Cærulea.
Vis. Optalmica?
Uſus. Tinctorius.
Comp. o.

V. *Cineraria*: calycibus ciliatis terminali-ſeſſilibus, foliis tomentoſis bipinnatifidis: lobis acutis. Linn. s. p. p. 1290. habitat in monte Maronis, & alibi. Sic. *Jacea muntana cu fogghi bianchi*.

Rhapontica: *calycinis ſquamis membranaceis aridis*.

VI. *Behen*: calycibus ſcarioſis, foliis radicalibus lyratis: lobis oppoſitis, caulinis amplexicaulibus. Linn. s. p. p. 1292. propè Monaſterium Sancti Martini Pan. Sic. *Cianea, o benalbu veru*.

Phar. Behen albi radix.
Qual. Odorata, acris.
Vis. Corroborans, cordialis.
Uſus. Tremor.
Comp. o.

VII.

VII. *Rhapontica* : calycibus ſcarioſis, foliis ovato oblongis denticulatis integris petiolatis : ſubtus tomentoſis. Linn. s. p. p. 1294. colitur in horto R. P. †

Stœbæ : *calycinis ſpinis palmatis* .

VIII. *Sonchifolia* : calycibus palmato ſpinoſis ; foliis decurrentibus ſpinuloſis repando dentatis. Linn. s. p. p. 1294. in maritimis floreſcit Sic. *Jacea cu fogghi di Cardedda* .

Calcitrapæ : *calycinis ſpinis compoſitis* .

IX. *Benedicta* : calycibus duplicato ſpinoſis lanatis involucratis, foliis ſemidecurrentibus denticulato-ſpinoſis. Linn. s. p. p. 1269. in hortis botanicis colitur. Sic. *Carduſantu* .

Phar. Cardui benedicti herba, conſerva, aqua, acetum, flores, ſem.

Qual. Amariſſima.

Vis. Balſamica, antacida, tonica, pellens, purgans, ſudorifera, diuretica, ſubemetica.

Uſus. Vertigo, hemicrania, tertiana, pleuritis, peſtis, ſugillatio.

Comp. o.

X. *Calcitrapa* : calycibus duplicato ſpinoſis ſeſ-

ſi,

ſilibus, foliis linearibus pinnatifidis, lateribus dentatis, caule piloſo: Linn. s. p. p. 1297. ubique. Sic. *Aprocchi cu xiuri ruſſi*.

Phar. Calcitrapæ radix.
Qual. Amara.
Vis. Balſamica, tonica.
Uſus. Febres intermittentes! febres putridæ!
Comp. o.

XI. *Calcitrapoides*: calycibus duplicato-ſpinoſis, foliis amplexicaulibus lanceolatis indiviſis ſerratis. Linn. s. p. p. 1297. in monte Cham. Sic. *Carddu ſtillatu cu fogghi ſani*.

XII. *Solſtitialis*: calycibus duplicato-ſpinoſis ſolitariis; foliis rameis decurrentibus inermibus lanceolatis: radicalibus lyrato-pinnatifidis. Linn. s. p. p. 1297. involvitur in arundinibus prope templum Sancti Spiritus Panormi. Sic. *Aprocchi cu xiuri gialni, o fimmineddi*.

XIII. *Militenſis*: calycibus duplicato-ſpinoſis terminalibus confertis; foliis decurrentibus lanceolatis ſinuoſis inermibus. Linn. s. p. p. 1297. habitat in Inſula Melitæ.

XIV. *Sicula*: calycibus cyliato ſpinoſis, foliis decurrentibus lyratis inermibus incanis, capitulis terminalibus. Linn. s. p. p. 1298. in ſola Sicilia naſcitur. Sic. *Aprocchi ad arvuliddi cu fogghi di nazzi*.

XV.

XV. *Centauroides*: calycibus cyliatis ſpinoſis, foliis lyrato-pinnatis integerrimis: lacinia impari majore. Linn. s. p. p. 1298. in hortis botanicis colitur. Sic. *Jacea cu xiuri grandi giarni*.

Crocodiloidea: *ſpinis ſimplicibus*.

XVI. *Salmantica*: calycibus ſetula reflexa ſpinoſis glabris, foliis lyrato-runcinatis ſerratis. Linn. s. p. p. 1299. in hortis botanicis habetur. Sic. *Jacea cu xiuri biancu*.

XVII. *Crocodylium*: calycibus ſcarioſis ſimpliciſſime ſpinoſis, foliis pinnatifidis integerrimis: lacinia extima majore dentata. Linn. s. p. p. 1299. ubique in Sicilia.

XVIII. *Cichoriacea*: calicibus ſetaceo ſpinoſis, fol. decurrentibus indiviſis ſerrato-ſpinoſis. Linn. s. p. p. 1299. ubique naſcitur. *Jacea cu foggħi di cicoria-e xiuri ruſſi*.

XIV. *Tingitana*: calycibus margine ſpinoſis, foliis lanceolatis indiviſis ſerrato-ſubſpinoſis; caulibus 1. floris. Linn. s. p. p. 1300. oritur propè Panormum, *a ſerra edvaddu*.

XX. *Galactites*: calycibus ſetaceo-ſpinoſis, foliis decurrentibus ſinuatis ſpinoſis. Linn. s. p. p. 1300. Panormi habitat *alli teſti*. Sic. *Cardunazzu cu xiuri bianchi*.

Po-

Polygamia neceſſaria.

497. SILPHIUM: recept. paleaceum. pappus 2.ariſtatus. cal. ſquarroſus.

I. *Terebinthinaceum*: foliis alternis ovatis ſerratis ſcabris. Linn. s. p. p. 1301. obſervatur in horto R. P. †

498. BALTIMORA: cal. cylindricus, polyphyllus. radius cor. 1.florus. pappus o. recept. paleaceum.

I. *Recta*: Lin. mant. 288. colitur in H.R.P. †

499. POLYMNIA: recept. paleaceum. pappus o. floſculi radii quini.

I. *Uvedalia*: foliis oppoſitis haſtato-ſinuatis. Linn. s. p. p. 1303. colitur in ſolo H.R.P.†

500. CALENDULA: recept. nudum. pappus o. cal. polyphyllus æqualis. ſemina diſci membranacea.

I. *Arvenſis*: ſeminibus cymbiformibus muricatis incurvatis: extimis erectis protenſis. Linn. s. p. p. 1303. ubique naſcitur. Sic. *Calendula ſarvaggia, o xiuri d' ogni miſi.*

II. *Officinalis*: ſeminibus cymbiformibus muricatis incurvatis omnibus. Linn. s. p. p. 1304. ubique. Sic. *Calendula cu xiuri ſimplici, e duppiu.*

Phar. Calendulæ herba, flores, conſerva; aqua, acetum.

Qual.

Digitized by Google

Qual. Amara, ſubnarcotica, flava, crepitans.

Vis. Pellens, emmenagoga, ſudorifera, exanthematica.

Uſus. Ophthalmia, vertigo, febres exanthematicæ.

Comp. o.

501. ARCTOTIS: recept. villoſum. pappus corona 5.phylla. cal. imbricatus, ſquamis apice ſcarioſis.

I. *Triſtis*: floſculis radiantibus vicenis tripartitis. Linn. s. p. p. 1306. in horto R. P. conſervatur. †

II. *Calendula*: floſculis radiantibus ſterilibus duodenis ſubintegris, foliis lyratis nigro-denticulatis. Lin.s. p. p. 1306. in horto R. P. eſt. †

502. OSTEOSPERMUM: recept. nudum. pappus o. femina globoſa oſſea.

I. *Moniliferum*: foliis ovalibus ſerratis petiolatis ſubdecurrentibus. Linn. s. p. p. 1308. in hortis botanicis. Sic. *Criſantemu arboreu*.

503. FILAGO: recept. nudum. pappus. o. cal. imbricatus, floſculi feminei inter ſquamas calycis locati.

I. *Pygmea*: floribus ſeſſilibus terminalibus, foliis floralibus majoribus. Linn. s. p. p. 1311. ubique naſcitur. Sic. *Gnafaliu, o leontopetalu*.

II. *Germanica*: panicula dichotama, floribus rotundatis axillaribus hirſutis, foliis acutis. Linn.

 s. p.

s. p. p. 1311. ubique . Sic. *Erva cuttuneddu* , *o curuna di Monacu* .

III. *Arvenſis* : floribus conicis lateralibus , caule paniculato . Linn. s. p. p. 1312. in Civitate Politii habitat .

IV. *Leontopodium* : caule ſimpliciſſimo , capitulo terminali , bracteis hirſutiſſimis radiato . Linn. s. p. p. 1312. in Civitate Politii naſcitur , *allu manicu di la padedda* .

Polygamia ſegregata .

504. SPÆRANTHUS : recept. multiflorum . pappus o.

I. *Indicus* : pedunculis criſpatis . Linn. s. p. p. 1314. colitur in hortis botanicis . Sic. *Sferantu* .

505. ECHINOPS : calix uniflorus . corol. tubuloſæ hermaphroditæ , recept. ſetoſum . pappus ſetaceus .

I. *Sphærocephalus* : capitulis globoſis, foliis pubeſcentibus . Linn. s. p. p. 1314. in Civitate Politii , *alli Caſtagneri* , & in monte Quiſquinæ naſcitur . Sic. *Carduni cu teſti comu rizzi di caſtagna*.

II. *Ritro* : capitulo globoſo, foliis ſupra glabris. Linn. s. p. p. 1314. in monte Quiſquinæ . Sic. *Carduni cu fogghi liſci cerulei* .

Monogamia: le ſtam: ſono unite per li vaſi ſpermatici in un ſol fiore.

506. JASIONE: cal. communis 10.phyllus. corolla 5.petala regularis. capſ. infera 2.locularis.

I. *Montana*: Linn. s. p. p. 1317. pertinet ad hortum R. P. & in Sicilia naſcitur.

507. LOBELIA: cal. 5.fidus. corolla 1.petala irregularis. capſ. infera, 2.ſive 3.locularis.

I. *Inflata*: caule erecto, foliis ovatis ſubſerratis, pedunculo longioribus, capſulis inflatis. Lin. s. p.p. 1320. in horto R.P. ſervatur. †

II. *Laurentia*: caule proſtrato, foliis lanceolatis ovalibus crenatis, caule ramoſo, pedunculis ſolitariis unifloris longiſſimis. Linn. s. p. p. 1321. in Oreto flumine. Sic. *Sorti di viola cu xiuri picciriddi aperti*.

III. *Longiflora*: fol. lanceolatis dentatis, pedunculis breviſſimis lateralibus, tubo cor. filiformi longiſſimo. Linn. s. p. p. 1319. in ſolo H. R. P. colitur. †

IV. *Siphyllitica*: caule erecto, fol. ovato-lanceolatis ſubſerratis, calycum ſinibus reflexis. Linn. s. p. p. 1320. adornat ſolum H. R. P.

Phar. Lobeliæ radix.

Qual. Acris, nauſeoſa, lacteſcens.

Vis. Pellens, emetica, purgans.

Uſus . Syphilis !
Comp. o.

508. VIOLA : cal. 5.phyllus . corolla 5 petala irregularis , poſtice cornuta . capſ. ſupera , 3.valvis , 1.locularis .

I. *Odorata* : acaulis , foliis cordatis , ſtolonibus reptantibus . Linn. s. p. p. 1324. in hortis botanicis . Sic. *Viola di jardinu* .

Phar Violæ flores, conſerva , ſyrupus, julepus, ſaccharum , mel, oleum, ſemina . Violariæ herba .

Qual. Flor. fragrans , herba ſuperflua .

Vis . Flor. anodyna; herb. emolliens; rad. purgans ? emetica ? ſem. diuretica , emetica ; ſyrup. refrigerans .

Uſus . Sem. calculus; ſyr. raucedo,tuſſis, exanthemata .

Comp. Sem. 4. cordial. ; enemat.

II. *Canina* : caule adultiore adſcendente , foliis oblongo-cordatis . Linn. s. p. p. 1324. ubique . Sic. *Violi di muntagna* , *o ſarvaggi* .

III. *Tricolor* : caule triquetro diffuſo , foliis oblongis inciſis, ſtipulis dentatis . Linn. s. p. p. 1326. in hortis botanicis . Sic. *Soggira* , *e Nora* .

IV. *Biflora* : caule bifloro , foliis reniformibus ſerratis . Linn. s. p. p. 1326. in monte Maronis naſcitur . Sic. *Viola ad arvuliddu cu xiuri biancu, e giarnu* . 509.

509 IMPATIENS: cal. 2.phyllus. corolla 5. petala irregularis, nectario cucullato. capſ. ſupera, 5.valvis.

I. *Balſamina*: pedunculis 1.floris ſubaggregatis, foliis lanceolatis: ſuperioribus alternis, nectariis flore brevioribus. Linn. s. p. p. 1328. hornat feneſtras. Sic. *Maravigghia di Francia*.

CLASSIS VIGESIMA.

GYNANDRIA DIANDRIA.

Nozze moſtruoſe: ſtamine due.

510. ORCHIS: nectarium corniforme ponè florem.

I. *Bifolia*: bulbis indiviſis, nectarii labio lanceolato integerrimo: cornu longiſſimo, petalis patentibus. Linn. s. p. p. 1331. in humidis naſcitur. Sic. *Teſticulu di cani cu xiuri bianchi*.

Phar. Satyrii radix, condita.
Qual. Hircina, mucilaginoſa.
Vis. Anodyna, inviſcans, lubricans, aphrodiſiaca, analeptica.
Uſus. Sterilitas, atecnia, tabes, dyſſenteria.
Comp. Conf. diaſatyrio.

Digitized by Google

II. *Papilionacea* : bulbis indiviſis, nectarii labio indiviſo ampliato emarginato crenato: cornu ſubulato, petalis conniventibus. Linn. s. p. p. 1331. in Oppido Miſilmeri naſcitur. Sic. *Teſticulu di cani cu xiuri a parpaghiuni*.

III. *Coriophora* : bulbis indiviſis, nectarii labio trifido reflexo crenato: cornu brevi, petalis conniventibus. Linn. s. p. p. 1332. ubique in montuoſis. Sic. *Satiriu cu xiuri comu cimici*.

IV. *Morio* : bulbis indiviſis, nectarii labio 4. fido crenulato: cornu obtuſo, petalis omnibus conniventibus. Linn. s. p. p. 1333. habitat in monte Maronis. Sic. *Gadduzzi d' aqua*.

Phar. Salep. radix.

Qual. Hircina, mucilaginoſa.

Vis. Inviſcans, lubricans, nutriens, aphrodiſiaca.

Uſus. Atecnia!

Comp. o.

V. *Maſcula* : bulbis indiviſis, nectarii labio. 4. lobo crenulato: cornu obtuſo, petalis dorſalibus reflexis. Linn. s. p. p. 1333. habitat in Oppido Dianæ. Sic. *Gadduzzi d' aqua maſculini*.

VI. *Pyramidalis* : bulbis indiviſis, nect. labio bicorni trifido æquali integerrimo: cornu longo, petalis ſub lanceolatis. Linn. s. p. p. 1332. naſcitur in Oppido Miſilmeri. Sic. *Pizzungurdu*.

Digitized by Google

VII. *Militaris*: bulbis indiviſis, nectarii labio 5.fido punctis ſcabro: cornu obtuſo, petalis confluentibus. Linn.s. p. p. 1333. in valle Divi Martini Panormi oritur. Sic. *Satiriu cu fogghi larghi*.

VIII. *Latifolia*: bulbis ſubpalmatis rectis, nectarii cornu conico: labio trilobo lateribus reflexo, bracteis flore longioribus. Linn. s. p. p. 1334. in Monte Maronis, *alli Favari* naſcitur. Sic. *Parma criſti, o manuſchriſti cu fogghi larghi*.

IX.* *Maculata*: bulbis palmatis patentibus, nectarii cornu germinibus breviore: labio plano, petalis dorſalibus erectis. Linn. s. p. p. 1335. in monte Maronis, *a li favari*, hortum habet. Sic. *Parmacriſti cu fogghi macchiati di niuru*. ignoranter a ruſticis nuncupatur diſcordia.

X. *Abortiva*: bulbis faſciculatis filiformibus, nectari labio ovato integerrimo. Linn. s. p. p. 1336. in Civitate Politii, *a lu nuciddìtu ſutta la Pietà* naſcitur. Sic. *Orchidi cu radichi a faſciu, e xiuri viulettu*.

511. SATYRIUM: nectarium ſcrotiforme, ſive inflato-didymum ponè florem.

I. *Hircinum*: bulbis indiviſis, foliis lanceolatis, nectarii labio 3.fido: intermedia lineari elongata obliqua præmorſa. Linn. s. p. p. 1337. in montibus Maronis, & Quiſquinæ oritur Sic. *Satiriuni*.

II. *Viride*: bulbis palmatis, foliis oblongis obtuſis: nectarii labio lineari 3.fido; intermedia obſoleta. Linn. s. p. p. 1337. in Quiſquinæ monte ori-

